

**Homo.** durabilis: in homine mortalis. Ex quo quidem se-  
quitur, ex carne et sanguine humano, nullam posse

Quintam essentiam elicere: eò quod spiritus vitae, qui

**Spiritus virtutum.** idem spiritus virtutum est, moritur: et Vita in Animo  
est: quæ omnia cæteris in rebus non ita se habet.

**Bruta.** quanquam etiam Animalia sensitiva Spiritum vitae ad-  
mittant, eo quod penitus intereunt, neque amplius  
ullam praæbeant Quintam essentiam. Quandoque-  
dem Quinta essentia est ipse spiritus vitae in rebus,  
qui quidem in sensibilibus animatis non potest ita

**Insensata.** elicere, quemadmodum ex non sentientibus elicetur.

**Melissa.** Melissæ quippe spiritus vitae, est ipsa eius Virtus,  
Potentia, et Medicina; quæ etiam cum decerpta vel  
euulta fuerit, vitam, virtutemque suam in se retinet:  
eò quod huiusmodi virtus, sit fixa quædam praede-

**Prædestinationis fixa.** stinatio. Quapropter Quinta Essentia extrahi ab  
ea, et vita, sine destruacione, conseruari potest: tanquam  
æternum quiddam iuxta suam prædestinationem.

**Tacite obiectionis dilutio.** Neque verò dubium est, quin, si possemus vitam cor-  
dis, æquè incorruptam extrahere, veluti ex rebus  
insensatis possumus: sine morte, et sine morbis, in  
æternum nobis viueret licet. Verum cum morti sub-  
iecti simus, id nobis posse non datur.

**Propositio.** Cum itaque Quinta essentia sit ipsa rerum virtus: Qua-  
ratione Virtus et Medicina in rebus ipsis delitescat,  
palam